

πινός, ἢ Χρή καλεῖν, εἰς δικλῆν ἱερὰν ἐν ὅσω ἱερατεύει, ἕπει τὰς μὴ διωκαμένους διὰ τὴν τῶν τύπης θρησκείαν ἔξ αὐτῶ ἀναχωρήσου. *Ulpianus. In jus vocare Sacerdotem non oportet, dum Sacerdotale munus obit; nec eos, qui propter loci religionem, ex eo se movere nequeunt. Sequuntur quæ ad secundum caput pertinent, videlicet.*

Lib. III. tit. 3. dig. 18. Lib. IV. tit. 8. dig. 32. Lib. V. tit. 3. dig. 1. Lib. XI. tit. 7. dig. 7. & tit. 8. digest. 5. Lib. XXIV. tit. 1. dig. 61. Lib. XXXI. dig. 78. thema 27. Lib. XXXIII. tit. 1. dig. 26. Lib. XLIII. tit. 5. dig. 3. & tit. 6. dig. 1. Lib. L. tit. 5. dig. 13.

Caput III. De *Judæis*. Lib. XXVII. tit. 1. dig. 17. Modestinus. ἢ ἰσδαῖοι τῶν μὴ ἰσδαίων ἐπιτρέψουσι, ἢ τὰ λοιπὰ λειτουργοῦσι, χωρὶς τῶν χραιώντων τῶν θρησκείαν αὐτῶν. *Judæi quoque tutores sunt eorum qui non sunt Judæi, & reliqua munera præstant, iis exceptis, quæ religionem ipsorum polluant.* Lib. XLVIII. tit. 8. dig. XI. Modestinus. *Judæis filios suos circumcidere permittitur. Quodsi alium circumciderint, puniuntur ut castrantes.* Lib. L. tit. 2. dig. 3. *Ulpianus. Judæi honores, qui religionem ipsorum non lædunt, necessario gerere coguntur.*

Cap. IV. De sacrificiis, & astrologis, & divinatoribus & veneficiis, & avertentibus aliquos ad religionem prohibitam. Lib. IX. tit. 2. dig. 7. *Ulpianus, ὁ φάρμακον ἀντὶ ἰατρείας δέδωκεν, ὑπόκειται in factum, ὡς αἰτίας θανάτου παρασχών, καὶ προσιτῶς δὲ φάρμακον, ὡς ὁ Γαίϑου διγέτω ἢ. Qui seruo venenum pro medicamento dedit, Aquilia tenetur, veluti qui causam mortis præstiterit, & temere venenum porrexerit, ut loquitur Gajus digesto VIII. Ibid. digest. 9. Ulpianus. Si quidem ancilla pharmacum dederit, quo illa sumpto, mortua fuerit, locus est in factum actioni. Si vero pharmacum manibus suis supposuit obstetrici, Aquilia competit; veluti si quis unxerit aliquem veneno, vel infuderit per os aut per chryserem, idque vi, vel suafu. Lib. X. tit. 2. digest. 4. Ulpianus. Non dividuntur inter heredes inventa in hereditate mala pharmaca, vel libri magici, vel similia: sed judicis officio corrumpuntur. Lib. XVIII. tit. 1. dig. 35.*